



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXIX. De prodigalitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

latrones. ergo videtur, quod praedicta enumeratio sit insufficientis.

Lib. 4. Ethic. c. 1. circa finem.

Lib. 3. c. 31. D. 30a.

Prat. Tyranni maxime violentias subditis inferunt. Dicit autem Philo. ibidem, quod tyrannos civitates desolantes, & sacra praedantes non dicimus illiberales, i. avaros. ergo violentia non debet poni filia avaritiae.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. Moral. assignat avaritiae filias prius enumeratas.

RESPON. Dicendum, quod filiae avaritiae dicuntur vitia, quae ex ipsa oriuntur, & praecipue secundum appetitum finis. Quia vero avaritia est superfluous amor habendi divitias, in duobus excedit. Primum enim superabundat in retinendo: & ex hac parte oritur ex avaritia obduratio contra misericordiam, quia scilicet cor eius misericordia non emollitur, ut de divitijs suis subveniat miseris. Secundo, ad avaritiam pertinet superabundare in accipiendo: & secundum hoc avaritia potest considerari dupliciter. Uno modo secundum quod est in affectu: & sic ex avaritia oritur inquietudo, in quantum ingerit homini sollicitudinem, & curas superfluas. Avarus enim non implebitur pecunia, ut dicitur Eccle. 5. Alio modo, potest considerari in effectu: & sic in acquirendo aliena vitur quandoque quidem vi, quod pertinet ad violentias: quandoque autem dolo, quod quidem si fiat in verbo, fallacia erit quantum ad simplex verbum, periurium autem, si addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus committitur in opere, sic quantum ad res erit fraus: quantum autem ad personas, erit proditio, ut patet de luda, qui ex avaritia prodidit Christum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non oportet filias alicuius peccati capitalis ad idem genus vitij pertinere: quia ad finem unius vitij possunt ordinari etiam peccata alterius generis. Aliud est enim peccatum habere filias, & peccatum habere species.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa tria distinguuntur, sicut dictum est.

In corp. ar.

AD TERTIUM dicendum, quod illa novem reducuntur ad septem praedicta: nam mendacium, & falsum testimonium continentur sub fallacia. Falsum enim testimonium est quaedam specificatio mendacij, sicut & furtum est quaedam specificatio fraudis, unde sub fraude continetur. Appetitus autem turpis lucri pertinet ad inquietudinem. Rapacitas autem continetur sub violentia, cum sit species eius. Inhumanitas autem est idem quod obduratio contra misericordiam.

AD QUARTUM dicendum, quod illa quae ponit Aristo. sunt liberalitatis, vel avaritiae species magis quam filiae: potest enim aliquis dici illiberalis, vel avarus ex eo, quod deficit in dando: & si quidem parum det, vocatur parcus: si autem nihil, tenax: si cum magna difficultate det, vocatur chimeribilis, quasi chimini venditor, quia de parvis magnam vim facit. Quandoque autem aliquis dicitur illiberalis, vel avarus, quia excidit in accipiendo, & hoc dupliciter. Uno modo, quia turpiter lucratur vel vilia, & servilia opera exercendo per illiberales operationes: vel quia de aliquibus vitiosis actibus lucratur, sicut de meretricio, vel de aliquo huiusmodi: vel quia lucratur de eo quod gratis oportet concedere, sicut usurarij: vel quia lucratur parva cum magno labore. Alio modo, quia iniuste lucratur, vel vitium vim inferendo, sicut latrones, vel mortuos spoliantes, vel ab amicis auferendo, sicut aleatores.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut liberalitas est circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Unde tyranni qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur illiberales, sed iniusti.

QVAESTIO CXIX.

De prodigalitate, in tres articulos divisa.

DEINDE considerandum est de prodigalitate. Et circa hoc quaeruntur tria.

Primum, Vtrum prodigalitas avaritiae opponatur.

Secundo, Vtrum prodigalitas sit peccatum.

Tertio, Vtrum sit gravius peccatum, quam avaritia.

ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum prodigalitas opponatur avaritiae.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod prodigalitas non opponatur avaritiae. Opposita enim non possunt simul esse in eodem: sed aliqui sunt prodigi, & illiberales. ergo prodigalitas non opponitur avaritiae.

Prat. Opposita sunt circa idem: sed avaritia est quod opponitur liberalitati, est circa passionem quaedam, quibus homo afficitur ad pecuniam: prodigalitas autem non videtur esse circa aliquas animae passiones: non enim afficitur circa pecunias, nec circa aliquod aliud huiusmodi. non ergo prodigalitas opponitur avaritiae.

Prat. Peccatum principaliter recipit speciem a fine, ut supra habitum est: sed prodigalitas tenetur videtur ordinari ad aliquem bonum illicitum, propter quem bona expendat, & praecipue propter voluptates. unde & Luc. 15. dicitur de filio prodigo, quod dissipavit substantiam suam luxuriose.

videtur, quod prodigalitas magis opponatur avaritiae, & insensibilitati, quam avaritiae.

SED CONTRA est, quod Philo. ibidem ponit prodigalitem oppositam liberalitati, quam nunc avaritiam dicitur.

RESPON. Dicendum, quod in dicto tenetur oppositio vitiorum ad invicem: sed in superabundantiam, & deficit in avaritia, & prodigalitas sunt superabundantia, & deficit in eodem modo. Nam in avaritia superabundat, plus debito eas diligendo, deficit, minus debito eas diligendo: in prodigalitate vero ad prodigalitate dicitur quidem in dando, deficere autem in accipiendo. Ad avaritiam autem pertinet deficere in dando, superabundare autem in accipiendo: unde patet, quod prodigalitas avaritiae opponatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod esse opposita sunt diversis, ab invicem minas, quod inest principalibus. Secundum tertio ordinatur: ita etiam avaritia potest attendi secundum rationem. Unde dicitur in dando, vocari prodigum: qui dicitur in dando, qui tamen non excidit

Philo. * dicit in 4. Ethic. Similiter etiam contingit, qd aliquis excedat in dando, & ex hoc est prodigus, & simul cu hoc excedat in accipiendo, vel ex quadam necessitate, quia dum superabundat in dando, deficiunt ei propria bona, vnde cogitur indebite acquirere, quod pertinet ad auaritiam, vel etiam propter animi inordinatorem. Dum enim non dat propter bonum quasi contempta virtute, non curat vnde decumque, & qualitercumque accipiat. Et sic non secundum idem est prodigus, & auarus.

AD II. Dicendum, quod prodigalitas attenditur circa passiones pecuniarum, non sicut superabundans in eis, sed sicut deficiens.

AD III. Dicendum, quod prodigus non semper abutitur in dando propter voluptates circa quas est intemperantia, sed quandoque quidem ex eo, quod taliter disponitur, ut diuitias non curet; quandoque autem propter aliquid aliud. Vt frequentius tamen ad intemperantiam declinat, tum quia ex quo superflue expendantur in aliis, etiam in rebus voluptuosas expendere non verentur, ad quas magis inclinat concupiscentia carnis: tum etiam quia non delectantur in bonis virtutum, quarunt sibi corporales delectationes. Et inde est, ut Philo. in * 4. Ethicor. dicit, quod multi prodigorum sunt intemperati.

ARTICVLVS II.

Vtrum prodigalitas sit peccatum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod prodigalitas non sit peccatum. Dicit enim Apосто. 1. ad Timoth. vltim. Radix omnium malorum est cupiditas: sed non est radix prodigalitat, quae ei opponitur. ergo prodigalitas non est peccatum.

¶ 2. Praet. Aposto. 1. ad Timoth. vltim. dicit. Diuitibus huius saeculi praecipue, facile tribuere, communicare: sed hoc maxime faciunt prodigi. ergo prodigalitas non est peccatum.

¶ 3. Praet. Ad prodigalitem pertinet superabundare in datione, & deficere in sollicitudine diuitiarum: sed hoc maxime conuenit viris perfectis imploribus, quod Dominus dicit in Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum, & Matth. 10. Vende omnia quae habes, & da pauperibus. ergo prodigalitas non est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur filius prodigus vituperatur de sua prodigalitate. Luc. 15.

Respon. Dicendum, quod sicut dicitur * est, prodigalitas opponitur auaritia, secundum oppositionem superabundantiae, & defectus: medium autem virtutis per vtraque horum corrumpitur. Ex hoc autem est aliquid vitiosum & peccatum, quod corrumpit bonum virtutis, vnde relinquuntur, quod prodigalitas sit peccatum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud verbum Aposto. li. quidam exponunt non de cupiditate actuali, sed de quadam habituali cupiditate, quae dicitur concupiscentia fomitis, ex qua omnia peccata oriuntur. Alii vero dicunt, quod loquitur de cupiditate generali respectu cuiuscumque boni: & sic manifestum est, quod prodigalitas ex cupiditate oritur. Prodigus. n. aliquid bonum temporale cupit consequi inordinat, vel placere aliis, vel saltem satisfacere suae voluntati in dando: sed si quis recte consideret, Aposto. loquitur ibi ad litteram de cupiditate diuitiarum. Nam supra praemiserat, Qui volunt diuites fieri, &c. Et sic dicitur esse auaritia radix omnium malorum, non quia omnia mala semper ex auaritia oriuntur: sed quia nullum malum est, quod non interdum oriatur ex auaritia. Vnde & prodigalitas quae ex auaritia nascitur: sicut cum aliquis prodige multa consumit intentione captandi fauorem

A aliquorum, a quibus diuitias accipiat.

AD I. dicendum, quod Aposto. monet diuites, ut facile tribuant, & coequent sua secundum quod oportet, quod non faciunt prodigi, quia ut Philo. * dicit in 4. Ethic. dationes eorum non sunt bonae, neque boni gratia, neque secundum quod oportet: sed quandoque dant multa illis, quos oporteret pauperes esse, Chiftrionibus, & adulatoribus, bonis autem nihil dant.

AD III. Dicendum, quod superexcessus prodigalitat, non attenditur principaliter secundum quantitatem dati, sed magis in quantum excedit id quod fieri oportet. Vnde quandoque liberalis maiora dat, quam prodigus, si necessarium sit. Sic ergo dicendum est, quod illi qui intentione sequendi Christum, omnia sua dant, & ab animo suo omnium temporalium sollicitudinem remouent, non sunt prodigi, sed perfecte liberales.

ARTICVLVS III.

Vtrum prodigalitas sit grauius peccatum quam auaritia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod prodigalitas sit grauius peccatum, quam auaritia. Per auaritiam enim aliquis nocet proximo, cui bona sua non communicat: per prodigalitem autem quis sibi ipsi nocet. Dicit enim Philo. in * 4. Ethic. quod corruptio diuitiarum, per quas homo uiuit, est quaedam ipsius esse perditio: grauius autem peccat qui sibi ipsi nocet, secundum illud Eccl. 14. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? ergo prodigalitas est grauius peccatum, quam auaritia.

¶ 2. Praet. Inordinatio, quae prouenit cum aliqua conditione laudabili, minus est vitiosa: sed inordinatio auaritia, quandoque est cum aliqua laudabili conditione, ut patet in illis, qui nolunt sua expendere, ne cogantur aliena accipere: prodigalitat, autem inordinatio prouenit cum conditione vituperabili. unde & prodigalitem attribuimus intemperatis hominibus, ut Philo. dicit in * 4. Ethicor. ergo prodigalitas est grauius peccatum quam auaritia.

¶ 3. Praet. Prudentia praecipua est inter morales virtutes, ut supra habitum * est: sed prodigalitas magis opponitur prudentiae quam auaritia. dicitur. n. Prouerb. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud. & Philo. dicit in * 4. Ethicor. quod insipientis est superabundanter dare, & non accipere. ergo prodigalitas est grauius peccatum quam auaritia.

SED CONTRA est, quod Philo. dicit * in 4. Ethic. quod prodigus multum uidetur melior illiberali.

RESP. Dicendum, quod prodigalitas secundum se considerata minus peccatum est, quam auaritia, & hoc triplici ratione. Primo quidem, quia auaritia magis differt a uirtute opposita. Magis enim ad liberalem pertinet dare, in quo superabundat prodigus, quam accipere, vel retinere in quo superabundat auarus. Secundo, quia prodigus est multis utilis quibus dat, auarus autem nulli, sed nec sibi ipsi, ut dicitur in * 4. Ethicor. Tertio, quia prodigalitas est facile sanabilis, & per hoc quod declinat ad aetatem senectutis, quae est contraria prodigalitati, & per hoc quod peruenit ad egestatem de facili, dum multa inutiliter consumit, & sic pauper factus non potest in dando superabundare: & etiam quia de facili perducitur ad uirtutem propter similitudinem quam habet ad ipsam: sed auarus non de facili sanatur ratione * supradicta.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod differentia prodigi, & auari non attenditur secundum hoc, quod est peccatum in seipsum, & in alium. Nam prodigus peccat in Secunda Secundae S. Tho. NN 3 seip-

Lib. 4. cap. 1. post media tom. 5.

Supr. q. 197. art. 2. cor. & q. 118. art. 5. ad 3. & ma. q. 13. art. 2. ad 10. & 4. Ethic. lect. 4. per tot. & sed. 5. Lib. 4. ca. 1. circa princ. tom. 5.

Lib. 4. cap. 1. tom. 5.

Q. 56. art. 1. ad 1. & 1. 2. q. 61. art. 2. ad 1.

Lib. 4. cap. 1. tom. 5.

Lib. 4. cap. 1. post media tom. 5.

Lib. 4. cap. 1. a medio.

tom. 5. In isto artic. & q. praec. ar. 5. ad 3.

¶ Super Questionem concessimam vigesimam.

IN quest. 120. nota primo, qd quid est epicia, seu aequitas, ut Latine loquamur in lingua Latina. Vt enim ex Ethic. patet, aequitas est directio legis ubi deficit propter uniuersale. Dicitur enim in primis directio, quia consistit actus eius in hoc qd est rectificare, & rectum facere opus. Dicitur, legis tam potestate, quam naturalis uniuersalis tamen, & deficit in aliquibus. Dicitur, ubi deficit, ad monstranda propriam materiam aequitatis esse actus illos, in quibus lex deficit. Dicitur, propter uniuersale, quia causa defectus eius ad hoc, ut aequitas habeat locum, non est quacumque, sed sola ista, scilicet si propter uniuersale deficit, hoc est, si ideo deficit, quia qd uniuersaliter statutum est, in hoc particulari casu deficit. Ad quorum plenorem intellectum scire oportet, quod lex positua continet duo genera statutorum. Quaedam quae uocantur, & sunt iuris positui, quae scilicet a principio nihil differunt, uel aliter statuerent, uel aliter uestiantur, & huiusmodi. Quaedam uero, quae uocantur iuris naturae, seu gentium, quae lex positua magis monstrat, quam statuat. Hae autem quae ad naturale ius spectant, sunt duorum ordinis. Nam quaedam sic sunt uniuersaliter uera, ut in nullo casu deficient, ut non esse mentium, ut non esse adulterium peccatum, & huiusmodi: & in istis, quia deficere nequeunt, nullam locum habet aequitas. Quaedam uero sunt, quae in pluribus rectitudinem continent, in aliquo tamen casu a rectitudine declinant si tententur, ut deposita reddenda esse, rectum est, ut in pluribus. Quia tamen quandoque si redderet

seipsum, dum bona sua consumit unde uiuere deberet. Peccat etiam in alterum, consumendo bona ex quibus alijs deberet providere, & precipue hoc apparet in clericis, qui sunt dispensatores bonorum Ecclesiae, quae sunt pauperum, quos defraudant, prodige expendendo. Similiter etiam auarus peccat in alios, in quantum deficit in sumptibus. Unde dicitur Eccl. 6. Vir, cui Deus dedit diuitias, nec tribuit ei potestatem, ut comedat ex eis, sed tamen in hoc superabundat prodigus, quia sic sibi, & quibusdam alijs nocet, & tamen aliquibus prodest. Auarus autem nec alijs, nec sibi prodest: quia non audeat uti etiam ad suam utilitatem bonis suis.

Ad secundum dicendum, quod cum de uitijs communiter loquimur, iudicamus de eis secundum propriam rationem ipsorum. Sicut circa prodigalitate attendimus, quod superflue consumit diuitias: circa auaritiam uero, quod superflue eas retinet. Quod autem quis propter intemperantiam superflue consumat, hoc iam nominat simul peccata multa: unde & tales prodigi sunt peiores, ut dicitur 4. Ethic. Quod autem liberalis, sine auarus abstineat ab accipiendis alienis, et si in se laudabile uideatur, tamen ex causa propter quam facit, uituperabile est, dum ideo non uult ab alijs accipere, ne cogatur alijs dare.

Ad tertium dicendum, quod omnia uitia prudentiae opponuntur, sicut & omnes uirtutes a prudentia diriguntur: & ideo uitium ex hoc ipso, quod opponitur soli prudentiae, leuius reputatur.

QVAESTIO CXX. De Epicia, seu aequitate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de epicia. Circa quam quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum epicia sit uirtus.

¶ Secundo, Vtrum sit pars iustitiae.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum epicia sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod epicia non sit uirtus. Nulla enim uirtus aufert aliam uirtutem: sed epicia aufert aliam uirtutem, quia & tollit id quod iustum est secundum legem, & opponit uel seueritati, ergo epicia non est uirtus.

¶ 2. Præter. Aug. dicit in libro de uera religione. In istis temporalibus legibus quaquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamē cum fuerint instituta, & firmata

non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas: sed epicia uidetur iudicare de lege quoad eam estimari non esse seruandam in aliquo casu, ergo epicia magis est uirtum, quam uirtus.

¶ 3. Præter. Ad epiciam uidetur pertinere, ut attendat ad intentionem legislatoris, ut Philosophus dicit in 5. Ethic. sed interpretari intentionem legislatoris ad solum principem pertinet. Unde imperator dicitur in codice de legibus, & constitutionibus principum. Inter aequitatem inique, interpositam interpretationem nobis solis, & oportet, & licet inspicere, ergo actus epiciae non est licitus, ergo epicia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 5. Ethic. ponit eam uirtutem.

RESPOND. Dicendum, quod sic praedictum est, cum de legibus ageretur. Quia humani actus de quibus leges dantur, in singularibus contingentibus consistunt, & quae infinitis modis variari possunt, non fuit possibile aliquam regulam legis institui, quae in nullo casu deficeret: sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes quia tamen in aliquibus casibus ferre, est contra aequalitatem iustitiae, & contra commune bonum, quod lex intendit. Sicut lex instituit, quod deposita reddantur, quia hoc in pluribus iustum est. Contingit tamen aliquando esse nocium, puta si furiosus depositum gladium, & est repositum dum est in furia, uel in aliquo reforescat depositum ad partem impugnationem. In his ergo & similibus casibus, malum est de reddenda positam. Bonum autem est praetermissis uerbis legis, scilicet quod poscit iustitiae ratio, & communis utilitas: & ad hoc ordinatur epicia, quae apud nos dicitur aequitas. Unde patet, quod epicia est uirtus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod epicia non deserit iustum fundamentum, sed iustum quod est legitimum: nec etiam opponit seueritati, quae sequitur ueritatem legis in quibus oportet. Sequuntur uerba legis in quibus non oportet uitiolum esse. Unde dicitur in codice de legibus, & constitutis. Nondubium est in lege committere eum qui uerba legis amplectens, contra legislatoris nititur uoluntatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod epicia lege iudicat, qui dicit ea non esse bene posita: qui uero dicit ea non esse in hoc casu seruanda, non iudicat de lege, sed de aliquo

lib. 4. cap. 1. non multo post principium, co. 5.

Infra q. 128. artic. 1. ad 6. Et 3. dist. 37. artic. 4. cor. fin. Et 5. Ethic. 1. de 16. Cap. 3. non remota a 1187, 1188.